



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Verus Ecclesiasticus Vocationem suam cognoscendi Avidus, Eidemqve Correspondendi Studiosus

Mansi, Giuseppe

Francofurti ad Mœnum, 1693

Cap. XII. De obligatione Clericorum circa modestiam in vestitu, talari, ac
debita decenteque rasura seu corona

urn:nbn:de:hbz:466:1-38106

Caput Duodecimum.

De obligatione Clericorum circa modestiam in vestitu talari, ac debita decenteque rasura, seu corona.

Modestiam, quam Ecclesiastici moderari, ritèque componere debent suos mores ac sensus, accedit etiam obligatio quam habent, virtutem eandem pariter demonstrandi in vestitu oblongo ac decente, ac conveniente, honestaque rasura. Recognovit Tertullianus in primi sæculi Christianis non exiguum emolumentum in eo, quod pallio vestiti incederent, veræ etenim sequaces sapientiæ hujusmodi habitu utebantur, suumque erga illam per vestem istam amorem profitebantur, nec videbatur quisquam actum aliquem vitiosum, aut peccaminosum admittere, tali amictu vestitus: *Tert. de Pal. Grande pallii beneficium est, sub cuius recogitatu, vel improbi mores erubescunt.* Credo ego, non ob aliam causam Prælatos Ecclesiæ tam fuisse sollicitos, tantumque urfisse gravem ac modestum Ecclesiasticorum habitum, & convenientem, decentemque rasuram, ac capillorum subcisionem, quam

DE CLERICO

de modestia

de vestitu

quam, quia prævid. bant, quantum id
ferret ad conservandam disciplinam eccle-
sticam, omnemque simul luxum in vesti-
proscribendum, & ex ipsa vestitus mod-
gravitate, necessitatem quasi aliquam
cendam, ad similem vitæ, morumque
positionem.

Secundi Concilii Niceni Patres
pœnas dictarunt Clericis, qui in vestium
excederent, aut uterentur habitibus
bus perfumatis. Lateranense sub Innocen-
secundo, & Leone decimo, privat
suis beneficiis, si moniti ab Episcopo,
incedant debito, decenteque habitu
tonsuræ, *dist. 23. c. clericis qui cum si; & cap. de
eis de vita & honest. Cler.* Quin & sacrorum
Canonum leges, tales excommunicantur
si post monitionem in hujusmodi transgre-
sione persistant. Hisce adjungo concilium
Remense, sub Eugenio tertio summo Pon-
tifici celebratum, in quo illis quadraginta
dierum præfigitur terminus, ad in-
rendam suorum beneficiorum privationem
nisi intra illud tempus, post monitionem
præmissam, debito in clericali habitu
decente cum tonsuræ compareant, ac in-
dant. Verùm, quod me affligit, imo
dis mihi dolorem non exiguum causat,

id quod lego apud S. Bernardum lib. 3. cap. II. de considerat. Ubi tam salutaris decreti memorem reddit eundem summum Pontificem, amarèque deplorat, jam quatuor ab illius publicatione fluxisse annos, nec ullam adhuc ejusdem se vidisse executionem: *Luxus vestium interdictus*, inquit lamentando S. Pater, *sed non restrictus: pœna dictata, sed minime secuta est. Jam quartus annus est, ex quo datum mandatum audivimus, & neminem adhuc Clericorum privatum beneficio. Excitatque zelo Apostolico suum illum Eugenium, ut non negligat, dissimuletve, quasi parum è re Ecclesiæ foret, aut ad disciplinam conduceret Ecclesiasticam, quo, qualive habitu uterentur Clerici, atque ideo repetit indigna profus, ac absurdatalium delinquentium assumpta, ac principia: Solent dicere, num de vestibus cura est Deo, & non magis de moribus? Prudentissimè autem respondet: *At forma hæc vestium, deformitatis mentium, & morum, indicium est. Quid sibi vult, quod Clerici aliud esse, aliud videri volunt? Id quidem q̄minus castum, minusque sincerum, nempe habitu milites, quasi Clericos, actu neutrum exhibent.**

Resultantem exinde deformitatem melius exprimere non possum, quam productione
suc-

LEXI

10718
de castis

successus alicujus mirabilis, in Personam
 lippii Episcopi Anglicani di Bellas, re
 Matthæo Parisio. Hic functionum suarum
 Episcopatum oblitus, adeo sese rebis
 merferat sæcularibus, ut togam suam pa
 ralem ac Ecclesiasticam in lorica, m
 in galeam, ac militis instar incederet,
 gnaturus in exercitu: Hoc in habitu, cum
 cidisset in manus Richardi Regis Ang
 missusque in carcerem, cum præten
 favorem Canonis, atque ex autoritate
 lestini Tertii summi Pontificis argumen
 tur, se tanquam Ecclesiasticum, ab
 debere relaxari arresto, ac libertati
 tui; Rex autem insigni usus stratagem
 ut suum illum recursum vanum, præten
 que inaniter jus eluderet, debita cum
 verentia summo Pontifici jussit
 beri lorica ac galeam, cæteraque
 bus fuerat indutus, arma, cum acuta
 que hac interrogatione: *Vide, an tum
 liti tui sit, an non? Hist. Angl. an. 1169.* Qu
 visis Pontifex eum indignum judicavit
 Ecclesiæ frueretur favore ac beneficio
 docentem, ac competentem Ecclesi
 non portasset habitum, ferturque ip
 xisse: *Non filius meus est, vel Ecclesi
 Regis voluntatem redimatur, quin*

Martis, quam Christi miles judicatur: Secu-
tus in hoc mentem, ac sentimentum sui
Prædecessoris Zachariæ primi Pontificis San-
ctissimi, qui eodem cum spiritu ac zelo re-
spondit Sancto Bonifacio Archi-Episcopo
Moguntino, dum in simili materia ab hoc fu-
isset consultus; estq; hoc ipsum definitum in
canonibus Concilii Meldensis, de sent. ex-
comm. c. in Audientia. & Turonensis primi,
alteriusq; Pictaviensis, & habetur etiam in de-
clarationibus Clementis tertii summi Pontificis.
 Quapropter mirum non est, scripsisse san-
 ctum Bernardum S. Eugerio Abbati S. Diony-
 sii *epist. 78.* ex eo quod comparuisset in habitu
 professioni suæ disconveniente, illū occasione
 dedisse magni scandali, ac universalis comō-
 tionis in Francia, *solum ac totū erat, quod nos*
movebat tuus scilicet ille habitus, & apparatus
quæ procederes, quo paulo insolentior appareret.
 Quomodo Clericus aliquis populi poterit ac-
 quirere respectum ac venerationem, quem in
 tam brevi, tam stricta, curtaq; veste videt in-
 cedere, ut à Laicis & læcularibus discerni ne-
 queat, si inquā videat ipsum vanis ornamen-
 tis, quæ sponsæ potius alicui convenirent aut
 nymphæ, quam Sacerdoti, ut Diacono, com-
 ptum, qualis huic deferretur honor, qualis re-
 verentia? *Et nunc leva oculos tuos, dicit S. Ab-*
bas Eugenio, & vide, si non aequè, ut prius
 L pel-

241

de sent. excomm. c. in Audientia

de sent. excomm. c. in Audientia

de sent. excomm. c. in Audientia

de sent. excomm. c. in Audientia

de sent. excomm. c. in Audientia

de sent. excomm. c. in Audientia

de sent. excomm. c. in Audientia

de sent. excomm. c. in Audientia

de sent. excomm. c. in Audientia

de sent. excomm. c. in Audientia

pellicula discolor sacrum ordinem decolorat.
 Hunc abulum advertit vigilantia pastorum
 statim semper studuit è medio tollere, ac
 mendare, sæpius non contenta pœnis
 tualibus, sed etiam hæc addens pecuni-
 as, ac corporales, prout legimus practicari
 in duobus conciliis Ravennatibus: *anno*
1314. Similiter quoque in aliis, scilicet
 Florentino sub Leone Decimo, Neapolitano
 sub Gregorio Decimo tertio, Aquilano sub
 Clemente Octavo. Optimè excogitata
 pœna illa, sub Martino Quinto in Concilio
 Salisburgensi interminata, quamque postea
 etiam resuscitavit, ac de novo statuit S. Car-
 lus, qua ad fiscum devoluta censetur
 istis illa, quam quis indecenter ac præter
 munem modum ac usum, portare fuisse
 redacta; ex illa pecunia, in pauperum
 tativum subsidium expendere. Aliud
 sub Pelagio secundo Conciliū transgressione
 adstringit ad duram triginta dierum
 in pane & aqua pœnitentiam. Quantum
 tem allaboravit S. Carolus, ut similem in
 diolanensi sua Metropoli evelleret ab
 videre licet in actis ejusdem Ecclesie, singulis
 riter tamen in Concilio quinto provinciali
 in synodo secunda Dicecesana, ex quibus
 bit mōdestam illam perniciosamq; con-
 tinuè

tudine, similem quodammodo fuisse, & etiam-
 num esse, superstitioni illi, primo die anni à
 populo exerceri solitæ, quodque Cardinalis
 Baronius ad 1. Ianuarii de hac scribit, idem om-
 nino de illa etiam verificari posse; scribit
 autem hoc modo in notis ad Martyrolog. Ro-
 manum: *Quoniam pravi frutices, quamvis se-
 mel excisi, iterum pullulare non desinunt; vix
 credi potest, quantum laboris insumpserint san-
 cti Patres, ut infausti palmites iterum exurgen-
 tes, non tantum verbi falce praeviderent, sed &
 radicitus prorsus evellerent.* Videatur, quid hac
 de re maiore cum amœnitate, ac delectatio-
 ne integro uno volumine complexus est Ga-
 brio Camillard, in quo demonstrat quanta cura
 usque in hodiernum diem Papæ, Concilia, Episco-
 pi omnesque reliqui Prælati in id incumbant, de
corona, rasura & habitu Cleri. ut in hac maximè
 necessaria modesti talaris habitus compositi-
 one Clerum manuteneant, recognoscentes,
 ut credo, in illo talari habitu prærogativam
 illam, quæ sacra scriptura insinuat in antiquo
 Patriarcha Josepho, qui quia præ aliis filiis à
 patre amabatur, *Diligebat eum super omnes fr-
 uos suos, Gen. 37.* hinc etiam in signum ac monu-
 mentum illius amoris, dedit illi vestem poly-
 mitam seu talarem, *fecitque ei tunicam poly-
 mitam, ex quo statim apparet, quam aptè ac con-
 cinnè hac allusione D. Bernardus usus sit; dum*

L. 2 supra

ALPHI

verus
theologicus

1717



supra nominatum Sugerium ad debitam
 vendi formam, ac condecentem statum
 ecclesiastico habitum reducere moliebatur.
nicam Dei gratia jam polymitam cura facerem;
 talarem; ideoque summè deberet esse
 vestis hæc omnibus iis qui militiæ Clericis
 sunt adscripti, nec unquam sine illa inces-
 utpote signo ac indicio, quod sint Christi
 mini prædilecti, Domestici DEI ac
 Sanctuarii. Optime veritatem hanc ad-
 Otto Legatus Sedis Apostolicæ, ac Cardo
 sancti Petri ad vincula sub Gregorio Nono
 concilio quodam Londini celebrato, dicitur
 critere ab usum qui hac in parte irreperat
 hendisset, atque ut antiquus mos reintro-
 ceretur, decrevisset, statim hanc decre-
 assignat rationem: *Nos gravem, & perver-*
nimum ab usum, quasi generaliter diffusum
ricis harum nostræ legationis partium deteg-
tes, in quo DEUS irrideri dicitur, obsecro
Deus Ecclesia, Clericalis Ordinis celsitudi-
primitur, Christus à suis militibus ferre-
insignia aliena deseritur, Deus honestatis Ec-
sia maculatur, dum Clericum à Laico respici-
oculus non discernit, sit omnibus verè fide-
in scandalum, & in despectum. Odoal. Rom.
 1237. Hinc est, quod illuminati à Deo
 mines, quisque suus in spiritu, ac an-

Dei profectus cordi erat, tanti semper fecerint, hoc amicitia, dilectionisq; Dei erga signum, ut quo vis etiam molestissimo tempore, atq; in itineribus difficillimis talarem suam semper togam tulerint, nec sibi hac in lege ullam dispensationis gratiam, indulgere voluerint. Venerabilis Dei servus Joannes Baptista Magnanti Congregationis Oratorii de Aquila, non obstantibus difficillimis ac fructuosissimis missionibus, *Baldassin, in ejus Vita.* quas obivit, non obstantibus viarum molestiis, spreto luto ac sordibus quibus vestis sua maculabatur, neglectis aliis incommodis quæ exinde patiebatur, nunquam alio voluit habitu uti quam oblongo, ac talari, quo in urbe etiam utebatur. Gloriosæ memoriæ Joannes Cardinalis Bona *in ejus vita* etiam in summis æstibus meridiani ardoribus, atque intra domesticos parietes, nunquam visus aut repertus fuit, nisi in suo talari habitu, ac vestitu professioni suæ religiosæ congruente. In Concilio Trullano hujuscemodi legitur facta constitutio: *Can. 21. Nullus eorum, qui in Cleri catalogum relati sunt, vestem sibi non competentem induat, neque in civitate neq; in itinere ambulans, sed utatur stolis; similis quoq; mentio sit in quadam Racherii Episcopi Veronensis epistola synodica, Tom. 2. spicil.*

L. 11. 1151

Veris
ducentis

M. 11

fuitque practicatum à sancto Episcopo
 Martyre Thoma Cantuariensi, de quo in
 ejus historia hæc leguntur: *Quotidie, & con-*
tinuè in omnium visu gestabat orarium, ut
hoc Sacerdos Evangelicus, quod jam sustinet
Evangelicum jugiter recolat jugum. In episto-
 ra apud Christianum Lupum. c. 9. Opportunè
 hic incidit, mirificèque proposito non
 conducit ingeniosa quædam ejusdem
 Martyris consideratio: Existens ipse Dia-
 nus, & simul Regni Angliæ Cancellarius
 electus, Regique propositus fuit pro Ca-
 turbiæ Archi-Episcopatu; ille nolens con-
 tate propriæ electioni, ut agere fortissimè
 objiceret favori Regio, qui summo opere
 ad dignitatem illam promotum desiderabat
 proposuit neglectam à se debitam Clericali
 habitus normam, manuq; assumens vestitus
 non nihil sæcularem, qua erat indutus, regi
 Regi demonstrans, inquit: *ibid. cap. 6. Quo-*
modo Religiosum virum, quam sanctum, in tam
alta sede, & super tam celebrem, & tam
etiam conventum Monachorum constitutum
deras? Ac si inferre voluisset, negligentiam
in ferendo habitu Ecclesiastico ac talari, in-
ficiens motivum esse, ad se reddendum
joris dignitatis incapacem: Quod si sufficiens
rit ad hoc declarandum solus neglectus ha-
bitus

bitus, par omnino ratio erit de moribus parū
 religiosis ac convenientibus. siquidem, prout
 optimè dicit sacrosanctum Tridentinū con-
 cilium Sess. 14. de Reform. c. 6. *Etsi habitus
 non facit monachum, oportet tamen Clericos ve-
 stes proprio congruentes ordini semper deferre,
 ut per decentiam habitus extrinseci honestatem
 intrinsecam ostendant.* Notandum est verbum
 illud *semper*, quod optimè sua in synodo año
 1600. obtinuit ac perpēdit Henricus Episco-
 pus Augustanus, unde strictissimè suis manda-
 vit Clericis, ut tam privatim in domo, quam
 publicè apud alios, semper deberent esse in-
 duti vestibus forma & compositione, statui
 ac conditioni eorum convenientibus. Simili
 plane spiritu ac zelo, Clericis suis mandavit
 sub pœna suspensionis, Illustrissimus Alexan-
 der Guidiccioni An. 1625. *nullo unquam tem-
 pore diurno vel nocturno, neq; ullis de causis do-
 mo egrediantur, vel extra eam degant, exuti
 vestibus prædictis clericalibus, eratq; confor-
 miter hisce an' ea declara ū; quod vestes debe-
 rēt essentidae, simplices, & talares.* Porro quā-
 tum diligentia, in hoc tanti momenti nego-
 tio, usque in hodiernum diem excubet, advi-
 getque solers ejusdem illius civitatis Pasto-
 ris cura, synodi acta demonstrant, Anno 1631.
 celebrati à Cardinali Julio Spinola loci istius
 Episcopi, in quibus Clericos suos, speciali cū
 edicto

L 4

LEXI

LEXI
 LEXI

LEXI

edicto hoc modo admonet: Advertat singuli ut habitum ac vestitū gerant Ordini ac gradu suo convenientem sub pœna, conformi beneficio, aut pensioni Ecclesiasticæ, quæ dantur, ac fruuntur; quin etiam sub privatione ipsiusmet beneficii ac pensionis, si post demeritam admonitionem, non resipiscant, ac consuetudini vitati Clericali, ordinique, quo sunt initiati, competente non incedant. Atq; hoc ipsū edictum prius fuit renovatum, & juxta meum caput multo longius proscribit, efficaciusq; prohibet & capillos nimis longos & nimis elaboratos. Jam antea edictum hoc renovaverat Carolus Quintus, & Cardinalis Bonvisi, Episcopi hujus prædecessoris, duodecim scutorum (ducatonum nostrorum) pecuniaria multa, condemnaverat eos, & absque talari veste per urbem incedere vetavit.

Pluribus urgere, aut fatigare nolo modum habitus Clericalis: Interim etiam vitata in vestitu sordities, plurimum de decore sacerdotali, & apud communem Urbem quasi in vilipendium trahitur, quantum peccatur in excessu, tantum deponitur in defectu, dum nimis despectus, & nimis exquisitus ac comptus vestitus in culpam trahitur: Hinc similiter legimus in quadam Lucensi Synodo *cap. 16. de rit. & honest. cler.* An. 1571. celebrata, hæc fuisse ordinata: *seebate sordes, & exquisita Clericorum detra-*

in eorum vestibus per sepe scandalum pariunt
& laicis obloquendi, ansam praebeant. Hinc cum
S. Bernardo, speculum illud sacerdotum S.
Philippus Neri solebat dicere: *Paupertas
mibi semper placuit, sordes nunquam*: Ideo
prudentissimè requirit concilium Tridenti-
num, ut ordinandi sub titulo Patrimonii pro-
visi sint de sufficientibus mediis quibus se &
decenter possint vestire, & honestè vivere, ne
in ullo præjudicent decori, ac sublimitati sta-
tus Ecclesiastici, aut per abjectas, vilesque ve-
stes, aut per exercitia operaque manualia, ac
plebeja, excellentiæ status sui derogantia: *Ne
in nimio cultu vanitas, in abjecta incuria ru-
sticitas accusetur*, decidit Concilium Narbo-
nense: 1604. c. 41. de Vit. & honest. Cler. Restat
igitur, ut hujuscemodi polleant prudentiâ
Ecclesiastici, ut eorû modestia non degene-
ret in affectatam aliquam sorditiem aut illo-
rum mundities non transeat in sæcularem a-
liquam vanitatem aut mollitiem.

Quicumque autem sibi in itinere quoad lon-
gam talem dispensandû esse existimat, sem-
per tamè advertat, ut brevior habitus semper
decentior sit, modestèq; compositus, ac præ-
paratus ad normam illam, quâ in suis prope-
reginantibus exaratis litteris præscripsit S.
Carolus, A. 6. Eccl. Mediol. pag. 8. quæ confor-
mis est plurimorum conciliorû dispositioni,

LIBRI

de honestis

249



conveniuntque in ea Authores Morales, le-
tis rigidi contra negligentes ac transgressi-
res tam sanctæ proficuaque legis.

Obligationi, talarem habitum defere-
di authentizata per Bullam summi Pontificis
Sixti Quinti; correspondet estq; correlati-
delatio coronæ, ac congrua, modestaq;
capillitii tonsio, seu rasura, quæ tam à sum-
mo Pontifice, quam à conciliis sub iisdem
pœnis præcipitur, quorum responsis ac-
Etatis legibus cum necessariò obtempera-
dum sit, non est quod ultrà de hac matre
loquamur.

Caput Decimum Tertium.

*Ecclesiasticorum vocatio consistit in la-
ribus ac ærumnis pro animabus suo-
rum proximorum subeundis,
non in commoditatibus pro-
priis, aut deliciis.*

Est opinio inveterata, ac quasi univer-
salis sæcularium, vitam clericalem
commodiorem, magis quietam, ac minus
laboriosam, quam quævis altera; nec de-
plurimi qui distortæ huic malèque sparsæ
præsumptioni ultro subscribant, dum post
consummatam meliorem vitæ partem
mundi obsequiis, post enervatum præter-